

cœmeteria publica ædificanda un dè defumendi ? 38. 39. Interdum cœmeteria dilatanda. 40. Subditi cogi possunt pro justò pretiò fundum vel hortum vendere. 41. Muri lapidei, quibus cœmeteria cinguntur, rebus religiosis accensentur. 42. quare mœnibus cingantur cœmeteria ? 43. idem Ordinat. Eccles. constitutum. 44. de jure Can. & moribus hodiernis quomodò ædificatio sepulturæ faciendâ ? 45. præsumitur cum consensu Patroni vel Episcopi constructam esse. 46. In sepulcrum alienum nemo sepeliatur. 47. Tertio Conceditur sepultura Ultimâ voluntate. 48. Ipsum sepulcrum legari nequit. 49. limitatur. 50. Quarto Jus sepulturæ in alium transfertur Contractu. 51. De jure Civ. loca sepulcrorum non sunt in commerciò. 52. ut & de jure Can. 53. Hodie tamen venditur sepultura. 54. quæ consuetudo etiam in Ecclesias reformatas transmigravit. 55. Pro locò sepulcri in publicis cœmeteriis nihil exigitur. 56. Consuetudinis vendendi sc. sepulcrâ ratio assignatur. eod. consuetudo hæc quomodò salvetur & à Dd. defendatur. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. Consuetudo hæc & olim tempore vet. testamenti obtinuit. 65. Venditio sepulcrorum hodie permittenda. 66. qui in æde Collegii Jenensis sepeliri desiderat, certam pecuniâ exsolvere debet. 67. Nobiles in pagis habitantes non possunt propriâ autoritate mortuum inferre templo. 68. Talis in templo sepulturæ locus assignetur, qui sellis templi non officit. 69. Honoratiores in templis tantum sepeliendi. 70. Emtor Jus sepulturæ alteri revendere potest. 71. Qv. Num sepultura ad creditorum instantiam vendi possit ? 72. Locus semel venditus pro certò pretio interdum redimendus. 73. Quinto acquiritur Jus sepulturæ Donatione. 74. Sexto Cessione. 75. Septimò Præscriptione. 76.

**P**ræmissâ definitione tam nominali quam reali, absolutâque 1  
 divisione, consequens est, ut ex lege methodi ad ipsam rei  
 tractationem propiùs accedamus. Variis autem modis ac- 2  
 quiritur jus sepulcrorum, Et quidem I. ELECTIONE: Cui-  
 libet enim liberum est propriam sibi deligere sepulturam. c. 1.  
 c. 8. X. d. sepult. c. 2. §. fin. eod. in óto, etiam alienam d. c. 1. quod  
 tamen cum Magnif. Dn. Struvio in *Evolut. ad Exerc. 15. th. 80.* in-  
 terpretamur de alienâ parochiâ, quod scil. quis in alienâ pa-  
 rochiâ sepeliri, non quod in alienò sepulcrò terræ mandari  
 possit; in locò etiam minùs religiosò. c. 2. X. de sepult. in óto,  
 modò id malitiosè non fiat, & accesserit consensus superioris.  
 Dn. Ziegl. ad *Inst. Lancell. tit. d. sepult. §. 2.* Id quod olim quoque 3  
 de Jure Civ. Romanò licuisse, patet ex §. 9. *J. d. R. D. l. 6. §. 4. l. 7.*